

TITVLVS II. DE REGIO INDIARVM CONſILIO,

Eiusque coram DEO obligationibus, vt conſcientiæ ſecuriſas habeatur.

Regij Indiarum Conſilij munus, dignitas, & obligatio erga Principem.



Uæ de Catholici Regis obligationibus dicta ſunt à nobis Titulo precedenti, ad Regium Indiarum Conſilium maximâ ex parte pertinere conſtat; eſt enim velut immediatum organum, per quod ampliffima gubernatio earumdem exercetur. Ideo in hoc Titulo breuioribus erimus, ſecuriſati conſcientiæ magnorum illorum virorum conſulentes, quos Catholici Reges ad exonerationem propriarum conſcientiarum delegerunt, vt ex eorundem atteſtatione compertum habemus, de quâ Titulo preced. Cap. 3. in fine, verbis illis: Noſtri Conſilij, qui ſunt, conſcientias ſuas exonerent, quandoquidem per illos Nos conſcientias noſtras eo onere liberamus. Ex quibus apparet quanto illi debeant ſtudio circa conſcientiâ in iis, quæ ad eorum munus ſpectant, inoffenſum iter attendere, quorum fidei tantopere Catholici Reges deferunt, pro eorum erratis apud Deum rationem exactiſſimam reddituri. Et certè, vt nullus ſubeſſet timor, amor tamen deberet hoc in eorum præſtare pectoribus erga beneficos Principes, ſingulari honorificentiam in eisdem amanter effuſos, juxta illud Athalarici Regis apud Caſſiodorum Lib. 8. 2. de Romanis Senatoribus allocuto: Conſtat enim excellentiſſimos Patres tantò ampliùs poſſe diligere, quantò maiores honores à ceteris Ordinibus viſi ſunt accepſiſſe. Sic ille. Neque aliter ampliora illis ſperare à benigniſſimis Principibus licebit, quàm à præfato Rege promiſſum eiſdem, dum ſubdit: Si qua autem nobis poſtulanda creditis, quæ veſtræ ſecuriſatis incrementa multiplicent, indubitanter petite, commoniti, quos ad ſundendas preces nos etiam videmur hortari. Sic Rex. Neque aurea illius prætereunda conſcluſio, dum ita finem dicendi facit: Nunc veſtrâ eſt, tale aliquid ſperare, quod communem Rempublicam poſſit augere. Non ergo propriis commodis inhiandum, ſed in id dirigendus intuitus, quod communem Rempublicam poſſit augere. Indicam equidem, quâ communior nulla; cuius diuitiis, ſi qua eſt diues Reſpublica, locupletata eſt; & multæ ſe locupletiffimas gloriantur. Aut Indicam pariter & Hiſpanam; ab illâ enim huius augmenta, ſi tamen illa ab iſtâ, vt par eſt, prouidâ ſollicitudine gubernetur. Hoc opus, hic labor Indicorum Conſiliariorum eſt, pro quibus ſit

CAPVT I.

An Regij Indiarum Conſilij ſub mortali teneantur rerum Indicarum ſpecialeſ notitiam ſtudio & inqueſtione ſollicitâ comparare.

Regum obligatio in Conſiliariis maior.



Videnda circa hoc quæ à nobis dicta Titulo precedenti cap. 8. ea enim ad Conſiliarios Regios potiori ratione trahenda, qui velut Regis oculi eſſe debent ad remotiſſima hæc imperia peruidenda, & ita beneficio lucis viam monſtrare conſpicuam, & non per caliginem iudicare. Iam pro iſdem

3 Dico primò. Conſilij Indici ſub mortali tenentur circa res Indicas ſpecialeſ comparare notitiam inqueſtione ſollicitâ. Probatur Primò ex ordinatione ſextâ eiſdem Conſilij, in quâ illis grauius iniungitur, vt in Indiarum hiſtoriis, Coſmographiâ, deſcriptione, & nauigatione ſpecialeſ inſtructionem accurent, illâ reddidit ratione: Quoniam res nulla intelligi aut tractari poteſt, cuius non fuerit priùs probè notum ſubiectum ab ijs, qui de illo ſunt habaturi queſtionem, & ſententiam prolaturi. Quæ quidem lex, cum ad maximè ſubſtantiale requiſitum ſpectet, abſque dubio grauiſſimam obligationem inducit: leges enim ciuiles poſſe in conſcientiâ obligare tenent communiter ſcriptores Theologi & Iuriſperiti, ex quibus plures adducit P. Suarez lib. 3. de legibus cap. 2. 1. num. 5. vbi & ait Aſſertionem eſſe de fide aut fidei proximam. Obligationem autem eſſe ſub mortali, quando materia eſt grauis, neque

Aſſertio 1. obligatione ſub mortali Conſilij incumbere circa notitiam rerum Indicarum.

Probatio 1. ex Regia ordinatione.

Leges Ciuiles poſſe in conſcientiâ obligare, dogma certum.

Diuerſa ſententiæ circa modum obligationis.

que de contrariâ legiſlatoris intentione conſtat, cum aliis oſtendit cap. 24. & ſeqq. quibus addendus Illuſtriſſimus Villaroel Parte 1. Gubernationis paciſicæ queſt. 2. artic. 1. num. 12. Sed intentionem talem cum lege non poſſe conſiſtere, ſi materia grauis ſit, eoque ipſo grauius obligare, tenent P. Vafquez Tom. 2. in 1. 2. diſp. 158. n. 32. & ſeqq. P. Salmeron Tom. 4. in Euangelia, Parte 3. tr. 1. 2. 5. Diſfert autem P. Amicus diſp. 5. de Iuſtitia, n. 216. P. Becanus de legibus, cap. 6. q. 3. n. 13. & ſeqq. & alii. In omni ergo opinione legem dictam conſtat obligare. Nam licet ſint qui probabiliter aſſerant, etiâ cum materia eſt grauis, poſſe obligationem eſſe ſub veniali, aut etiam ſine peccato, & talem reputandam, quando contrarium aliunde non conſtat, pro quo videri poteſt Thomas à Ieſu in Regula Carmelitarum Parte 2. Dub. 8. ſ. vltimò, quia, & ſeqq. addunt tamen conſtare tunc. cum ſcluſâ graui obligatione non videretur ſufficienter bono communi prouitum in re magni momenti, quod in caſu noſtro contingit: & videri pro eo poteſt P. Arriaga Tomo 2. in 1. 2. Diſput. 16. num. 68. de quo & inferius cap. 9. Præterquam quòd Ordinario dicta non tam eſt ciuiliſ lex, quàm naturalis declaratio, vt iam probò, arguens.

In omni tamen Ordinatione mortalium indicat tranſgreſſionem.

Notanda regula ad obligationem graui dignoſcendam.

Probatio 2. ex naturali obligatione, ratione officij.

4 Secundo, quia is, qui ignorat ea, ſine quibus publicum officium exercere nequit, grauius peccat, vt eſt receptiſſima omnium ſententia, pro quâ videri poſſunt Cardinalis Lugo Tomo 2. de Iuſtitia, diſput. 37. ſect. 1. P. Thomas Sanctius Tomo 1. Conſil. lib. 2. cap. 1. dub. 36. num. 6. P. Leſſius lib. 2. cap. 7. num. 33. & alii: Atqui Regij Conſilij ſine notitiâ dictâ nequeunt publicum & grauiſſimum, quo potiuntur, officium conuenienter exercere: ergo grauius peccant eam non ſtudentes comparare. Diſcurſus eſt euidentis, juxta quem deducunt communiter Doctores eum, qui præbet conſilium, teneri ad reſtitutionem ſi ratione ignorantiam damnus ſubſequatur, vt videri poteſt apud P. Leſſium, Cardinalem Lugo, citatis locis, & alios: quando ſcilicet ratione officij & profeſſionis tenebatur ſcire, & propterea ad conſiliandum eſt adhibitus.

Ex qua obligatione reſtitutionis.

Probatio 3. ex damnis ob ignorantiam ſubſequentis.

5 Tertio, Conſilij rerum Indicarum in ſciis poſſunt eſſe damnorum grauiſſimorum cauſa: ergo grauius peccant inſtructionem erga eorundem negligendo. Conſequentia eſt euidentis ex receptiſſimâ omnium doctrinâ de damno dato, & Antecedens negari nequit, quia grauiſſima damna ex inordinatâ & cæcâ gubernatione ſequuntur, cui inſcius Conſiliarius aſſiſtit; non ſecus ac nauis, cui inſcius accidit gubernator, quod Plato in Dialogo de Regno, & Lib. 8. de Republica, & Plutarchus in Moralibus eleganter proſequentur. Et ſicut

Claudianus.

Proverb. 11. v. 14. Vbi conſilium deſt, gubernator non eſt ceſetur. Theodor.

C. Carus.

Ruit in præceptis amiſſo piſce ſodali, Bellua, ſuleandas cui præuius edocet vndas. & cum Spiritu ſancto cauſam iſtam in propriis terminis decidendo: Vbi non eſt gubernator, populus corruet; ſalus autem vbi multa conſilia. Proverb. 11. v. 14. Vbi pro eodem dicit non eſſe gubernatorem, ac ſine ſapientium conſilio gubernare. Non enim agitur de Republicâ, cui nullus gubernator aſſiſtat, ſed quæ illum habeat, conſiliis tamen ſapientium deſtitutum. Vnde Theodotio ſic legit: In ignorantia corruet populus; ſalus autem in homine multi conſilij. & Caſſianus Collatio. Theſauri Indici Tom. I.

ne 2. de diſcretionem cap. 4. ita: Quibus non eſt gubernatio, iſtæ, Conſilium & diſcretio, cadunt vt folia. Quod exponens magnus interpres in eum locum, ſic ait: Eſt Metalepſis, ex conſilijs enim intelligitur gubernatio bona, conſulta, & prudens; ex gubernatione ipſa gubernator, vt veritè Noſter. Senſus eſt. q. d. Vbi non eſt gubernator ſapientia & prudentia gubernandi præditus, ibi in multa pericula & damna corruet populus; at vbi is aſt, & conſilio vel proprio pollet, vel alieno vititur; ibi populus ſaluus, & à malis omnibus immunis ſecuriſque conſiſtit. Sic ille.

P. Cornet.

Aſſertio 2. ignari poſſe officium admittere, ſi promptus inſtrui.

6 Dico ſecundò. Qui non eſt notitiâ rerum Indicarum inſtructus, aptus tamen aliis, poteſt Conſilij dignitatem admittere, immò & ad illam ſe offerre. Probatur. Quia quod in hac parte initio deſt, poteſt quotidiano & ſolerti ſtudio ſupplere, cum huiusmodi peritiâ, non adeundo ſcholas, & exercitationes habendo, ſed legendo, audiendo, & percunctando, poſſit ſufficienter, quantum res ipſa patitur, comparari.

Aſſertio 3. de promotione ad Conſilium Indici Auditoribus.

7 Dico tertio. Satis eſſet expediens vt eiſ, qui in Indijs Regij fuerint Auditores, aliqui ad Regium Conſilium aduocentur. Ratio conuenientiæ eſt comperta. Sed vitandus ſcopulus vnus, dum cura eſt ab altero declinandus. Ne ſcilicet eò traducantur ii, quos in Cancellariis Indici omnimodâ integritatis fama non penitus dignos tantâ reddidit promotione, ne cognationibus implicati: niſi fortè & hoc ipſum periculum integritatis experimenta ſuperarint. Ibi profectò quàm iſtibi nocentiores.

Aſſertio 4. de promotione aduocatis, quorum dignitas commedatur.

8 Dico quarto. Expediet item ex Aduocatis in eodem Conſilio nonnullos ad munus prædictum, ſi dotibus requiſitis excelluerint, promouere. Hi enim rerum Indicarum cognitione iam præditi, melius de illis iudicabunt. Eſt autem Aduocationis officium Senatoriâ dignitate digniſſimum. Vnde Athalaricus rex Aratorem tali dignatus honore, ſic ſcribit apud Caſſiodorum lib. 8. 1. 2. Decet enim tractatores habere doctiſſimos, quibus poteſtas ſumma committitur; vt nullo deſectu impediende meritorum, promiſſa Reipublicæ utilitas explicetur. Alij ſunt honores, qui ſe ordinaria promotione componunt; de generali autem ſecuriſate ſollicito talis aſſociandus fuit, qui parem in ſuis ſtudijs non haberet. Neque enim adhuc minus probatus agnoſceris, licet primæuus veneris ad honores. Aduocationis te campus exercuit, te iudicij noſtri culmen elegit. Sic ille. Certè in re tantâ nobilitatis rationem habere præcipuam ſine experientia præſidio, ac excellenti litterarum auctario, valde periculoſum eſt, & ita Regiâ animaduerſione digniſſimum. Habeat quidem honores condignos litterata nobilitas; ſed vbi publicum, & maioris momenti negotium agitur, non munus hominibus, ſed homines muneri conquirantur.

Claſſiodor.

Nobilitatis præcipua ratio non habenda.



CAPVT II.

Conſilij Regij qualiter ad prouiden- da ea, quæ negotium fidei in Indiis concernunt, teneantur.

Aſſertio 1. teneri ſub mortali Conſilij- rios ad ne- gotium fi- dei promo- uendum.

Cap Prin- cipes.

Aſſertio 2. eandem eſſe circa miſſionem Miniſtro- rum Eua- gelij.

In quorum nulli mo- dum non ſeruiant.

Caffiodo- rum.

Ad illius ſeruiatio- nem quo- modo ur- genti.

Matth. 3. v. 15.

9 Dico primò. Tenentur ſub mortali peccati reatu. Probatum Primò ex dictis num. 1. Nam præcipua Regum Catholicorum cura hæc ſpectat & ſpectare debet; Atqui illi ad exonerandas circa hoc conſcientias Conſilium erexerunt: ergo Conſilij pari obligationis titulo conſtringuntur. Secundò. Quia Ordinationes primariæ pro eodem Conſilio editæ hoc præ aliis exigunt, vt videri poteſt in Summario Reſcopilationis legum Indiarum Lib. 2. Tit. 2. Ordinat. 8. & 9. Sibi ergo illud Diui Iſidori pro Indicâ Eccleſiâ ſpecialiter dictum intelligant, quatenus Principum noſtrorum auctoritatem hæc in parte communicant, & 23. Queſt. 5. Cap. Principes ſæculi, habetur: Cognoscant Principes ſæculi ſe Deo eſſe reddituros rationem, propter Eccleſiam, quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt. Nam ſiue augetur pax & diſciplina Eccleſiæ per fideles Principes, ſiue ſoluatur; ille ab eis rationem exiget, qui eorum poteſtati ſuam Eccleſiam tradi- dit. Sic illè.

10 Dico ſecundò. Regij Conſilij graui- ter peccant, ſi non curent idoneos Miniſtros in Indias mitti ad fidem in illis promouendam. Probatum ex dictis Cap. 3. Tit. præced. & præſertim in Corollario. Ex quo ſequitur non eſſe tali obliga- tioni conſonas difficultates, quas multi, dum tales Miniſtri poſtulantur, obiciunt; vel quia neceſſarios non iudicant, vel quia dolent Regium ararium, expenſis in eorum tranſmiſſione facien- dis, neceſſitatum turbine occurrente, grauari. Quo in articulo Reges noſtri benigniores & munificentiores eſſe ſolent, rati quàm veriffimè di- citur tunc ararium fore, cum ſeruit Chriſto. Di- ctum quidem ſic à Theodorico Rege verbis illis: Indigentiam iuſte fugimus, quæ ſuadet exceſſus: dum permiſiſſiores eſſe in imperante tenuiſſis. Caffiodorus Lib. 1. 19. Sed additum ſtatim. Modus ubique lau- dandus eſt. Ad modum autem pertinet, eam non poſſe habere obligationem, ratione cuius locu- plitari ararium ſolet aſſidue, vt in caſu noſtro contingit, cum ſit orbi vniuerſo perſpicuum ex theſauris Indiis, ararium Regium frequentia incrementa ſortiri. Et præterea non arbitraria, ſed maxime vrgens agatur cauſa; vnde inter oc- currentes neceſſitates hæc debet omnium potiſſi- ma reputari.

11 Hic ergo laudandus eſt modus, vt me- rito reluctanti Conſilio dicere Rex Catholicus poſſit, quod aliàs Chriſtus Baptiſtæ ſuo difficul- tatem obicienti impoſitæ functionis: ſine modo; ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Matth. 3. v. 15. Vbi doctus Interpret: ſic enim decet nos &c. Non ego tantum, ſed etiam tu. Tu quidem, qui ſine modo oppoſitum conſilij; cum ad iuſtitiam implendam ego & tu pariter vigeamus. Sine mo- do. Scio modo aduerbium eſſe, ſicut & ſine ver- bum; & ita dum nomen facio, in propoſitionem verbo ſimiliter commutato, latentem ſenſum, non ſola verba deſumo; quæ tamen ſenſus pro-

prietate retentâ, accommodationem aliquam, vbi imitatio eſſe poteſt, non excludunt, non in- frequenti apud Scriptores ſacros vſu. Imitetur ergo Rex Catholicus regum terræ Principem; dicatque Conſilijario minus ſe digna conſilij- ti: Sine modo eſt tuum in re adeo iuſtâ conſilium, & ita ſine modo difficultates obicere, Decet enim, Decorum eſt (ſic aliqui legunt apud Nouarinum) vt ego & tu omnem in hoc iuſtitiam impleamus. Impleamus, inquam quod Apoſtolica Sedi promiſimus, & homa- gium illud diuinum, quo facti ſumus Chriſti, & eius Eccleſiæ debitores.

12 Dico tertio. Cum negotia occurrunt ad religionem ſpectantia, qualia ſunt omnia, quæ ad ſpirituale bonum Indorum pertinent, etiam ſi tantum indirecè, vt temporalia quædam, quæ ad id conducere poſſunt, aliis omnibus præfe- renda ſunt, & ſub graui peccati reatu antè illa diſcutienda, & quantum eſſe breuius poſſit, de- cidenda. Conſtat ex dictis: nam hoc eſt iuxta mentem Regum Catholicorum, vt ipſorum ver- ba manifeſtant: pro quo & eſt ratio comper- tiſſima: quia præcipua minus præcipuis præfe- renda ſunt, & accelloriis principalia: Negotia autem ad fidem Indorum ſpectantia, circa præ- cipua & principalia verſantur; quorum compa- ratione reliqua multò minoris faciendâ, cum cir- ca corporalia verſentur, illa circa ſalutem anima- rum. Pro quo eſt Cap. ſi habes 24. Queſt. 3. ex Diuo Auguſtino deſumptum in Epistolâ ad Au- xilium Episcopum, in quo ſic dicitur: Vnde & ſi vna anima per iſtam ſeueritatem diſciplinæ, quâ tota domus iſta anathematizata eſt, ſine Baptiſmate de cor- pore excundo perierit, innumerabilem mors corporum, ſi de Eccleſiâ homines innocentes violenter abſtrahan- tur & interſiciantur, huic damno non poteſt compa- rari. Hæc ibi. Si ergo vnus animæ ſalus tanti faciendâ eſt, quid de tot millibus, quarum in Regio Indiarum Conſilio negotium agitur, æ- quum fuerit ſentiamus? Vt magni illi viri intel- ligant de earum ſalute ante omnia, & præ om- nibus, iuxta occurrentes articulos, deliberatio- nem celeritatem ſuſcipiendam.

13 Accedit hæc de cauſâ à Regibus no- ſtris Conſilio injunctum, vt à litigiis inter par- tes cognoscendis & terminandis abſtineat, & hu- juſmodi cauſas Indiis Audiendiſ remittat; vt ſcilicet ad ea, quæ gubernationem concernunt, plenius poſſit & opportunius attendere, in qui- bus liquet fidei cauſas eſſe præcipuas. Hinc Diuus Leo Magnus Marcianum Auguſtum me- ritò his verbis alloquitur Epistol. 43. in quibus e- juſdem præclarum elogium continetur: Sed quia pio ſtudio humani negotij diuina præponitur, & ra- tionabiliter ac religioſe regni veſtri viribus creditis pro- futurum, ſi nulla ſit in Sacerdotum ſenſibus diſſonan- tia, nulla ſit in Euangelij prædicatione diſcordia; ego etiam veſtris diſpoſitionibus non renitor, optans vt om- nium cordibus Catholica fides, quæ non poteſt niſi vna eſſe, ſimetur. Sic ille: qui & Theodoſium Impe- ratorem Epistol. 7. ſic aſſertus: Quantum præſidij Do- minus Eccleſiæ ſuæ in ſide veſtra clementiæ præpara- rit, hæc etiam hæretis, quas ad me miſiſti, oſtenditur, vt vobis non ſolum Regium, ſed etiam Sacerdotalem animam in eſſe gaudeamus. Si quidem præter imperia- les & publicas curas piſſimam ſollicitudinem Chriſti- anæ Religionis habetis: quia tunc eſt optimus regni ve- ſtri

Aſſertio 3. Negotia ad bonum ſpi- rituale In- dorum ſpe- ctantia eſſe præfe- renda.

Cap. ſi habes.

Vnius ani- mæ ſalus rebus om- nibus præ- habenda.

Regia Or- dinationes quid pro- pterea de- cernant.

D. Leo Magnus Marciani Auguſti præclarum exemplum.

Theodoſij etiam.

ſtri ſtatus, quando ſempiterna & incommutabili Conſilijario vniuersi Deitatis conſeſſione ſeruitur. Hæc ſanctiſſimus & eloquentiſſimus Pontifex, quæ Regij Conſilij ad ſuam poſſunt dignitatem & ſollicitudinem deriuare, humanis negotijs præ- ponentes diuina, & non Regium ſolum, ſed Sa- cerdotalem animum concipientes; vt ſic Catho- licorum Regum Imperium ampliffimis profecti- bus ſtabiliatur, ſplendeat, dilatetur.

CAPVT III.

In proponendis ac conſultandis ido- neis miniſtris qualiter Conſilijario- rum Indicorum conſcientiæ circa ſæ- cularia Officia poſſint grauius onè- rari.

Benemeritos, ceteris paribus, præferendos.

Obſeruatione notanda.

Aſſertio 1. ſub mortali proponendos digniores, quilibet de diuerſitate opinionum ſi circa Regiæ elec- tionem.

14 Conſulenda circa hoc, quæ diximus Titulo præced. Cap. 5. & 6. pro Benemeritis, qui abſque dubio ſunt, ceteris paribus, præferendi; aliàs iuſtitia graui- uiter lædetur, & grauis iuſtitia violatio grauis etiam culpa eſt. Et licet Rex ob ſuperiorem in prouifionibus facultatem non peccare, poſſit for- tè contingere; non ita Conſilijarium, ad quem ſpectat plena pro Benemeritis informatio, quid- quid Rex ſit pro ſua voluntate facturus. Immo etſi præſumatur Regem non electurum præ aliis benemerentem, obligatio propoſitionis incumbit; ea enim notitia, quæ modo non iuuat, in aliâ occaſione iuuabit, vt prætermiſſus nunc, ad prouifionem aliam, meliorem forſitan, referretur. Pro his & aliis generaliter

15 Dico primò, etiam ſi ſententia ſatis probabilis ſit Principem non teneri ſub mortali ad electionem digniorum pro ſecularibus mune- ribus; pro quâ non ſolum boni Auctores ſunt, ſed habere etiam fortiffima argumenta affirmat P. Thomas Sancius Tomo 1. Conſiliorum Lib. 2. Cap. 1. Dub. 36. num. 8. & tenet item num. 15. & Cardinalis Lugo Tomo 2. de Iuſtitia Diſput. 34. num. 17. & 19. Diana Parte 2. Traçt. 15. Reſolut. 67. & Parte 4. Traçt. 4. Reſolut. 172. P. Luſtus Tur- rianus in Selectis Cent. 2. Cenſur. Dub. 87. poſt Patrem Vaſquez Opusculo de Beneficiis n. 97. Ante quem Card. Caietanus in Summa V. Electo. Quos & ſecuti Molſeus, & Homobonus, quos adducit Diana Parte 1. Traçt. 15. Reſol. 67. Conſilij tamen ſub mortali tenentur proponere dignio- res, gradu dignitatis expreſſo. Sic Illuſtriſſimus Zapata Parte 2. Cap. 6. num. 25. & colligitur ex Dom. Solorzano Tomo 2. Libro 4. Cap. 12. num. 31. & ſeqq. & in Politicâ pag. 898. vbi alios re- fert. Qui ex eodem Conſilio cum fuerit, non poterunt illius Conſilij cum fundamento con- queri, quod illis rerum earum inſeij onus grauiſ- ſimum imponamus: cum aliàs opinio ſatis pro- babilis ſit, teneri electores ad digniorum præla- tionem, & Conſilijarios conſequenter: ne, ſi al- liter faciant, eorum cooperentur peccato, quod non ſolum ex charitatis lege, ſed ratione officij debuerant evitare. Videantur dictæ opinionis Auctores apud P. Sancium ſuprà num. 9. & Dia- nam: ex quibus eodem congerit Cardinalis Lu-

go, & Eligius Baſſæus V. Electio 11. vbi eandem amplexus.

16 Ratio eſt clara: nam ea eſt Regis in- tentio, dum Conſilijarios aſſumit, vt ſcilicet ei notitiam Reipublicæ vtiliſſimam, quam aſſequi per ſe nequit, inſtillent: Atqui digniorum no- titia vtiliſſima eſt Reipublicæ, aliàs nunquam poterunt ad publica munera emergere: ergo il- lam non inſtillare Regi, ſine graui ſtate reatu nequit. Vnde dubitari non poteſt Regem, ſi ſci- ret ita ſe Conſilijarios gerere, eos grauiſſimè pu- niturum. Et de Indiis loquendo, id eſt magis vr- gens: quæ enim in illis damna ex minus conueni- enti gubernatione proueniunt, difficilè repa- rantur, ob Regalis immanem diſtantiâ poteſtatis.

17 Dico ſecundò. Aſſertio præcedens ita intelligenda eſt, vt tunc procedat, quando de majori dignitate, certa aut certitudini proxima habetur notitia, iuxta dictâ Titulo præced. num. 72. quod non ſæpè contingit. Si enim informatio- nes ſumendæ ſint iuxta ea, quæ ex Indiis remit- tuntur, magnum eſt in illis errandi periculum, vt expertus admonet Dom. Solorzano ſuprà num. 20. dicent hac de cauſâ multum cauere Con- ſilijarios Indicos debere, ne faciles ſint ad cre- dendas delationes & relaxationes, quæ ex In- diis ſcribuntur, quia ſæpè facile decipiuntur. Pro quo & videndus Cap. 8. num. 18. & addi certè à me poſſent experientiæ multiplicès veritatès hu- jus, quas tamen ſufficiat hoc generali aſſerto protuliſſe. Iuxta quæ non erit facile exceſſum dignitatis inter conſultandos & proponendos apprehendere, & ita proponi omnes poterunt; vel ſi vnusquispiam, id pro libito proponerit. Quod ſi exceſſus notabilis non ſit, ſed momen- ti exigui, non erit cur Regij Conſilij minus anxij in hoc eſſe negotio debeant, ſi Chriſtiandæ aliàs, & ſemotis affectibus, procedere ſint para- ti. Vnde Conſilijario, qui cogitatum habet, de cuius ipſi capacitate ad munus aliquod innoteſ- cēt, non prohibetur iuxta merita probè nota pro- ponere: neque enim ſicidoneus, propter cogni- tionem Conſilij, idoneitatem amiſit, quæ ad auctarium meritorum conferre poteſt; cum ſic ſatis æquum Conſilijarios à Rege hoc pacto ho- norari, quorum fidelitatem in ſublimi adeo mu- nere ſæpius contigerit experiri.

18 Æqualitatem autem, vel exceſſum non obſtãntem in electione aliter explicat Cardina- lis Lugo ſuprà num. 22. ait enim, eligentem vn- um illam debere regulam obſeruari, vt ex elec- tione Miniſtri non ſequantur inconuenientia in Communitate, ex fidelitate ſcilicet & iuſtitia. Quæ obligatione ſemel poſitâ, parum diſcriminis in praxi eſſe poterit: quia poſitis duobus, quo- rum alter eſt dignus, alter dignior; ille, quem dicis eſſe dignum, talis eſt, vt eo electo Com- munitas non pariatur detrimentum in ordine ad ſuum finem? Si enim talis eſt, illa maior dignitas alterius videtur per accidens ſe habe- re ad hoc vt debeat præferri. Nam ſi prior habet tantam ſcientiam & peritiã, vt non ſit periculum errorum in ſuo officio perignorantiam, illa maior doctrina & peritiã alterius, licet reddat illum aptum ad aliud officium dif- ficilius, quod ſublitori & maiorem doctrinam exigat, non tamen videtur reddere illum ap- tiorum

Ratio con- cludens, ex officij in- ſtitutione.

Aſſertio 2. præceden- tem intelli- gi cum no- titia ſuffi- cients ha- betur, quod non fre- quens, ob Indiarum re- lationes.

Notanda pro praxi.

Æquali- tatem & exceſſum quomodo explicet Card. Lu- go.